


14778.

AD TRAN-
SILVANOS QVI A CA-
THOLICA FIDE ALIENATI
ad Sabellium , seu Praxeam , seu Pau-
lum Samosatensem et ad Arium vel
ad Nestorium vel Photinum
degenerarunt Paræ-
neticon.

PETRO ILLICINO
Iuris utriusq; Doctore , et Ca-
nonico Olomucensi
Authore.



ANNO

M. D. LXXXI.



SERENISSIMO,
ET INVICTISSIMO PRIN-
CIPI, ET DOMINO, DOMINO STE-
phano. I. Poloniæ, Russiæ, Prussiæ, &c. Regi;
Magno Duci Lituaniæ, Catholicæ Religionis
Defensori pientissimo: Petrus Illicinus,
Iuris utriusq; Doctor, Canonicus
Olomucensis Salutem &
foelicitatem.

Magnificum quidem, & gloriosum est semper
habitum (Serenissime Princeps) & à Deo
munus est, à suis populis arcere, & debellare,
ac superare hostes, victorias atq; manubias ex ipsis
deportare; Ciuitates, & oppida, & Arces expugnare,
ac subiçere, Regna errigere, legibus & institutis, atq;
ordinibus componere, stabilire, ac firmare. Sed, cum
ista temporum varietati subiaceant ut fluxa & caduca:
multo est magnificentius, & glorioius in ciuitates &
in Regna, Christi Dei, & Domini nostri doctrinam,
Religionem, fidem, atq; cultum, eiusq; ministros redu-
cere, hjsq; suum locum, suam dignitatem & officij ac
functionis exercitationem restituere: quemadmodum
Rex ille tantopore laudatus Iozaphat fecit, & ore 2. Par.
Prophetico celebratus ob Sanctæ Ciuitatis, et Templi 17.
Dei reædificationem, & Sacerdotum, captiuorumq;

A. g.

liberationem , & dimissionem, Persarum Rex Cyrus.
2. Par. Etenim immorialem hæc vitam & coronam immar-
cessibilem in cœlis apud Deum afferunt : nec cum
mundi ætate cadunt, & intereunt. Quid de Constan-
tino Imperatore illo magno à Sacris Scriptoribus
memoretur nosti : qui cum in Nicænam illam Syno-
dum Ecclesiarum Pastores aduocasset , ipsiç multos
querularum inter se versantium libellos obtulissent:
eius iudicium expectantes : suscepit quidem eos ; sed
postridiè illis consciisis in humili sella in eorum me-
dio posita iussus sedens : iudicare inter eos renuit, quis
bus tanquam Dñs à Domino Ihesu factis subesse, nō
autem de ipsis iudicare deberet : atq; ad fidei nego-
tium , cuius causa conuenerant, definiendū humiliter
adhortatus est , vt quid sibi , & imperio suo subiectis
credēdum esset haberetur compertum , quod firmiter
teneri mandaret. Cumç Sancti illi trecenti, & decem
& octo Patres aduersus Sabellianos, Arrianosç: ac
alios hæreticos fidei nostræ Canonem fecissent , &
vniuersis ita credendum esse diffiniuissent, ipse omni-
bus exilijs poenam constituit , qui confessionem huius-
modi non susciperent. Edictum quoç in hæreticos
seuerissimū promulgauit : & Ecclesiæ eis abstulit : &
aqua, et igne interdixit: & Catholicis sedes suas, & di-
gnitatē atq; autoritatē Presulat⁹ restituit. Theodosij
quoç, & Marciani, & Arcadij, et Valent: & alteri⁹

Constantini gesta in Asia, in Aegypto, in Aphrica, in
Græcia, in Italia, & in Hispanijs (vt spero) nosti; siue
in Synodis Oecumenicis, siue extra Synodos; in fidei
Catholicæ defensionem. Sanctiones vero pragmatis
cas pro Ecclesijs, proç Episcopis & clericis editas, in
suo codice, Iustinianus Imperator digestas nobis re-
liquit; quarum obseruationem, cuiusuis præminentiae
& sublimitatis Principes Sanctissimi tenuerunt, &
sunt tutati. Hæc omnia illos efficiunt Illustiores, &
beatores; quam Coronæ, & Sceptræ, & Imperium,
vel Argenti, vel Auri gemmarumue splendor. Im-
mortalem namç, & nunquam interituram gloriam
in cœlis adepti sunt. Ad te igitur Rex (vt fortissime,
ita pientissime) transeo. Ingenti quidem laude omni-
umç prædicatione & admiratione digna sunt, quæ
Tu, aduersus Regni tui hostes indefesso animo, & in-
exhaustis laboribus, & robore militari gessisti, et ad-
huc geris: quorum merito triumphos, & laureas &
populeas, & ciuicas tibi deberi Coronas per totam
Europam & Asiam populi profiteri debent: & docti
viri suorum ingeniorū fœtibus perpetuitati tuum no-
men consecrare tenentur. Sed (quod & Te sentire pro
tua sapientia, tuaç modestia non dubito) infinitis mo-
dis sunt illa minoria his, quæ pro fidei Catholicæ in
Regno tuo, & in Dacia minore, seu Transyluania re-
stitutione & subleuatione aggressus es facere, & quoç

Phil. 4.

udiē insignibus incrementis prouehis , & vel diruta
vel iacentia erigis: & Christi doctrinæ Magistros, &
Doctores, & ministros eo reuocas, vt Sancta, & Ca-
tholica fides hæreticorum impietate labefacta , suum
recuperet splendorem. Quid his tuis inceptis maius?
quid probabilius? quid celebrius? quid summa illa, &
æterna, beataq; pace (quæ omnem sensum superat)
dignius? quid accommodatius ? quid ad eam hæreditis
tatem, quam Deus nobis in filio suo promisit assequē-
dam aptius? Christus pro quo dimicas, & laboras,
cuius tu in Sancta Ecclesia gloriam, & honorem pro-
curas, merces tua est magna nimis: quæ Abraham, &
Semini eius, et Sanctis , p̄ijsq; Regibus promissa est.
Perge verò (Christianissime Princeps) vt Sanctum
te illū Stephanum Hungarorum Regem referas ; qui
certè pro tuo Sceptro intercessor est: cuius tu nomen et
cor geris. Cæterum ad Sancti tui Catholicæ fidei per
Transyluaniam redintegrandæ propositi adiumento
tum meum esse censui : aliquem ingenioli mei foetum
edere , qui Annos duos continuos et medium lauda-
bilis memoriae Paulo Episcopo in Albensi Ecclesia
Canonici, et Archidiaconi , et vicarij officio fungens
operam præbui, et sermone latino ad clerum concio-
nes habui , et de visitatione ac reformatione Ecclesias-
rum , deq; habenda Synodo libellum conscripsi:
Tuæ verò Illusterrimæ, ac Generosissime familiæ sui

obseruantissimus. Quamobrem tempore, quo Tu
Transyluaniam fœliciter tuo Principatu gubernādam
assumpsisti, librum aduersus Sanctissimæ Trinitatis,
et Christi personæ hostes conscribere sum aggressus;
quem adhuc sub incude habeo. Sed primum ad hęres
ticos Paræneticon scripsi, et ad tuas manus transmis-
tere volui. Cum verò mihi non esset eius hominis ad
te venientis copia, cui tutò committerem: suppressi
hactenus. In præsentia Typis excusum Maiestati Tuę
trado; vt si studium meum probaueris, in Transylua-
niam tuo consensu transferri curem. Librum porrò
meum de officio, ac potestate Regis in Ecclesia Dei,
quem ad te per familiarem meum miseram, tunc in lu-
cem edam; cum tuæ Maiestati placuisse, ac satisfecisse
cognouero; cuius lectio non Regni tantum ad-
ministrationi, et conseruationi: verùm etiam
Ecclesiæ Christi defensioni (quam
toto conatu intendis) vtilissi-
ma ni fallor est futura
Vale.

P E T R V S I L L I-

CINVS I. V. DOCTOR, PRO-
THONOTARIUS APOSTOLICVS, ET
Canonicus Olomucensis Transiluanis fidei Catholiz-
cæ desertoribus, & Sabellij, vel Praxeæ, vel Pauli Sas-
mosatensis, vel Arij, vel Photini Sectatoribus Lu-
men, & gratiam à Deo Patre et eius Ætero-
no, veroqz Filio consubstanti,
ali precatur.

NVllus grauior potest esse morbus (viri fratres)
quàm is, qui ab ægrotante non sentiatur: sicut
Lethargus est, vel in vsum cōuersa febris: dum
enim sic laborans medicinam adhibere non curat:
sensim tabescit et interit. Cum homine sic malè affecto
siquis vos comparet et remedia velit malo vestro ad-
hibere: non debetis (quantum ego iudico) ei succens-
sere, aut ab eo auersari: modo vestram eiusmodi prius
ostenderit et comprobauerit ægritudinem. Ante les-
gem peccatum fuisse ab humano genere ignoratum
probat Apostolus. Quod in hominibus dominatum Rom:
exercebat: per legem verò cognitio data est peccati:^{3.5.}
quo intellecto ad animarum nostrarum Medicum,
promissum scilicet à mūdi et præuaricationis initio se-
men confugerent per legem tanquam Pædagogum
aliquem perducti: ubi enim se quis bene habere credat

B

ei non opus esse Medico Saluator noster affirmat. Et
Mat.9. vos nō ab simili in statu esse videmini; qui, quanto sis-
tis in salutis vestræ discrimine, non intelligitis, & ad
lætifera vobis illata vulnera quamprimum curanda
non conuertimini. Tota vestræ infoelicitatis misere-
tur, & vestrum deflet interitum Europa. Soli vos ves-
tri obliti vestrum non curatis exitium; non Vrbium
tantum penatumq; vestrorum ruinam & exitium,
non opum rapinas; non agrorum depopulationes;
non corporum cælorum immanitatem; non strages;
non captiuitatis iugum (quæ Pannonicarum partes
circumquaque passæ sunt) sed maius, & perniciosius
in vobis malum dolemus, & deploramus (ò miser-
andi Transyluani,) Humana & temporalia si eripiā-
tur, vel succendantur, & depereant; recuperari, & in-
staurari, & conquiri rursum possunt, tecta, villæ, vr-
bes, & Arces iterum construi; ditio & Regnum pro-
pagari; sed quæ vos paulatim deperditis; nulla (vt
video) assumpta prouidentia, non reuertentur ad vos
amplius; si non celerrimè prospexeritis, & cum his
cætera quæ vos seruare posse fallimini, amittetis. O
infoelicem; florentissimam quondam, & opulentissi-
mam Transyluaniam; crudelis est, & in Caucaso enus-
tritus, qui te non defleat pereuntem, & in æternum
cadentem interitum? Efferunt aliqui te laudibus;
quòd ab Imperatoribus illis Romanis culta, ornata,

& colonijs decorata es: quod populis bellicosissimis
referta: metallis, Auro, Argentoq; diues: armentis, &
gregibus innumeris plena. Nobilitate quoq; præ-
stans: natura contra hostes externos munita: montis
um iugis inaccessis circumuallata. Sed quid tibi (ô
miserrima) ista prosunt? Dicam tibi quod res est, tan-
quam ægrotantii palato lautissima edulia: tanquam
insanienti opes & delitiæ. Liceat Apostoli ad te ver-
bis vti. Excitare, euigila, exurge quæ dormis, & ex- Ephe. 5.
urge à mortuis & illuminabit te Christus. Intellige
(Transyluania in te ipsam sœuissima) infirmitatem &
ægritudinem tuam mortalem: Letargum excute vrtu-
cis & cauterijs, alioqui proculdubio in æternum pes-
ribis. Qui tibi assentantur falsi sunt Prophetæ, illis si-
miles quos apud Hieremiam Dominus mendacia lo- Hier. 6.
cutos, & in eius nomine falsa prophetasse dixit: dum
eis non esset locutus & prædicassent pacem belli im-
minentis tempore. Ego tuæ salutis amore compulsus:
hæc ad te scribo: vt te seruari posse ad mortem ægros-
tantem ostēdam, & Pharmacum tibi, (& si amarum)
proponam: nisi Romanos illos Ciues M. Antonium,
vel Catonem imitari placeat, qui sibi mortem cōsciues-
runt, & circumligata vulnera dilacerarunt. Et quidem
vt illi, quibus vel membrum tabidum absconditur: vt
totum seruetur corpus: vel ignis admouetur, quo can-
cer extinguitur: aut vena inciduntur, Medico primum

B ÿ

inimici fiunt; sani verò effecti gratias ei agunt, & mercedem addunt. Sic vos principio hæc prælegentes, acerbissimo feretis animo: et lacessiti furore infensis, h̄mi in me feremini. Verūm si, quam vobis adfero medicinām, susceperitis; tum liquidò agnosceris quantum ego salutem vestram dilexerim: amara enim est, & palato ingrata medicinalis potio: quia morbo contraria est.

Aperite hic (Viri Generosi) aures: & animos præparate vestros, vt quæ dixero altius infigantur.

Quantos à Ioanne Hungariæ Rege fluctus: & quām graues, ac varias procellas: quot turbines vestra in Republica pertuleritis: non est opus recensere. Adeò enim recentia sunt mala, vt omnia adhuc in mentibus vigeant: tamen nulla pernicies maior: nullam grauius malum: nulla infœliciar calamitas, quām quod à Patrum nostrorum fide vos à falsis, & impījs Doctoribus seduci permisistis, dum eos primum quasi per risum in Catholicorum despectum (quorum vos submouit inuidia) imprudenter audiuitis: deinde per apertam pertinaciam vestras in Ciuitates accersiuistis, & Ecclesiás illis profanandas commisiſtis, & suggesta deturpanda decreuistis: vt de illis cathedræ fierent pestilentiae: & Sacra, Diuinaq; omnia peruerienda eos rum manibus tradidistis: et turbas, tumultusq; in disputationibus eis permisistis: quæ omnia contra Dis-

uinam, humanamq; legem: contra Dei dispositionem:
contra Imperatorum omnium Sanctiones : contra
Hungariæ ac vestræ Prouinciaæ præclarè mihi cognis-
ta Decræta vos admisistis : & nunquam expiabili (si
non poenitudo citò intercedat) peccato vos obstrin-
xistis, quod celeriter vestræ affliget animas : & æter-
nis afficiet cruciatibus. Et de propiciato peccato non Eccle. 5.
sitis securi : quia vos adhuc tutetur non tam Carpa-
thus, quàm Prudentissimi, & veræ pietatis (vt audio)
studiosissimi Principis vestri Stephani de Bathor fis-
dei Sanctæ integritas, quem respexit hactenus Deus,
& eius causa vobis adhuc gratiæ tempus relaxat, pa-
tienter vos expectans : cuius benignitas vos ad poe-
nitentiam inuitat: si forte non thesaurisetis vobis se-
cundum duritiam , et impietatem cordis iram in diem
iræ, et reuelationis iusti ludicrij eius : dissimulat enim Rom. 2.
peccata hominum propter poenitentiam : qui non
vult aliquem perire : sed omnes saluos fieri, atq; ad Timo.
agnitionem veritatis venire. Cum euertere D. Sodo^{1.}
mam, et Gomorrham vellet , etiam propter decem se-
populis illis ignoscere velle affirmauit : et ob solum 4. Reg.
Dauidē se Hierosolymas seruaturū dixit: et ob Joseph^{18.}
Ægyptum sustinuit : et impio Laban Iacob causa be-
nefecit. Sic dico quod res est, vnius Catholici Princis
causa vos sustinuit hactenus Dominus : Sed festis
nate vestro exitio prospicere ; Dei enim erga vos ira

peruenit ad summum, quem deseruistis et despexitis: atq; vt Israëliticus populus sub malis Regibus ad Baal à Deo defecit, ita et vos à verò Deo, ad Mahometum paulatim ab impijs, et sceleratis doctoribus traduces mini, qui à Sathan inducti sunt Antichristos se proficeri.

Sub Ferdinando Imperatore Christianissimo: cum Regis Iohannis filius seditionissimus cum Isabella Matre reuocatus à vobis fuisset: venerunt vestram in terram de Vitembergia Martini Lutheri discipuli: eos imprudentissimè vos suscepistis: audistis, et tum scholis, tum Ecclesijs præfecistis. Sic labefacta est inter uos antiqua, et uera religio. Confessionem, seu confusione potius Augustanam rectæ fidei professione abnegata, suscepistis, vt sapientiores uos, quām totus hactenus fuisset, et esset Mundus, ostenderetis nouitatibus oblectati: sicut cum peregrina quædam mercimonia in Vrbes afferuntur, suas uult quisq; ostentare opes: ne cum uulgo comparetur, uel (ut ait in libro de Spiritu sancto cap. VII. contra Eunomianos Basiliius) quemadmodum elegantiæ in uestitu studiosi nouam formam semper communi preferunt, consueta enim fastidiunt, et contra uetera uelut friuola se extollunt. Antiqua ut obsoleta omnia reputastis: et sicut in deserto populus Dei de Manna aiebat: naufragat anima nostra luper cibo isto; sic Vos Catholicæ, Orthodoxæ

xeç fidei affecti fastidio carnes maluistis in saturitate
M. Lutheri comedere. Bene ambulabatis, et fascinari
vos, atç à via recta deduci passi fuistis, sed quid Deo
sic permittente vobis contigit? certè quod de populo
pertinacissimo, & capitosissimo per Dauidem inquit
Dominus. Non audiuit populus meus vocem meam: Psal. 80.
& Israël non attendit mihi, & dimisi eos secundum
desideria cordis eorum: ibunt in adinventionibus su
is: dimisit certe vos Deus, & Sathan a robur inter
vos cœpit. Nam à Luthero ad Caluinum degenera
stis, & altaria, templa, & quælibet loca demoliti estis,
& profanastis: & nihil sacrum, nihil sane in ve
stris terris reliquistis. Ecclesiæ bona quæ situeratis:
dirripiuitis vel occupastis: et fidei Christianæ vix ali
quod vestigium dimisistis integrum. Venit ad vos à
Deo per Catholicum Imperatorem missus Episco
pus: vos annis tribus vix tollerare potuistis. et Chris
tiani ordines relegasti: & iterum factionibus studiasti,
& Iohannis Regis filium aduocasti. Et contigerunt
vobis posteriora prioribus peiora seu deteriora. Exis
erat à vobis Medicaster Doctor Blandrata, qui non
solum Theologiæ: sed etiam aliarum Artium: quas
immerito profitebatur est imperitus, prout benè mihi
est notus. Rediit ex Allobrogib⁹ Serueti Sathanismo
labefactatus, & statim ex vobis aliquos sua contagio
ne infecit: & Regulum seduxit vestrum: & paulatim

cladem ingentem intulit: quem Blandratam vos illicò
Deut. 13. debuistis iuxta Domini Mandatum in Deuterono.
scriptum interficere. Sed debacchari cum Diabolo
passi estis; ut tenebras uobis offunderet. O miserrimos Transyluanos. Ecce quomodo uestras in uias
dimisit Deus, posteaquam à prima, & antiqua illa uia
declinastis. M. Luthero aperta ianua. Trinitatem ple-
riq; uestrum, & Filij Dei Æternitatem negant: & simes-
plicem hominem Christum esse cum Ebionitis, &
Photinianis affirmant. Sic à Luthero ad Caluinum, à
Caluino ad Seruetum, hoc est ad Noethum, ad Sabes-
lium, ad Paulum Samosatensem, ad Photinum, & ad
Mahometum degenerarunt: ô impiam, & sceleratam,
ô funestam, & gladio ultore perlequendam insaniam
atq; degenerationem. Deum & Dominum uestrum
abieciſtis? & licet uobis, ut populo Israēlitico expro-
brabat Moses: sic loqui.

Deut. 32. Heccline reddis Domino
popule stulte & insipiens? Nunquid non est ipse Pa-
ter tuus, qui possedit, & fecit, et creauit te? Deū qui te
genuit dereliquisti, et oblitus es Domini creatoris tui.
Deos alienos assumpsisti quos non cognouerunt
Patres uestri, et noui, recentesq; uenerunt. Quid hoc
malo damnabilius? Quid æternis supplicijs dignius?
Quis uestram non defleat infoelicitatem? Quis Dei sui
tantum perferre possit siccis oculis contemptum?
Quis non mortem potius eligat quam silentiū tenere?

Sine

Sine Deo facti estis, vos Sathanæ tradidistis in prædam, (ô miseri) Iudæis multo deteriores facti estis. Illi Mat. 22. enim errarunt non intelligentes Scripturas quæ de Christo erant: & ipsum ignorabant, & vnde venisset, Ioan. 8. & quo iret, eos latebat (vt illis obiecit Dominus) si enim non ignorassent: nunquam Regem gloriæ crucifixissent ^{1. Cor.} (ait Paulus.) **Vos autem cum Christum Ihesum Deum & hominem accepissetis, & illuminati essetis: eum negastis.** Illi accepto Barraba Christum abiecerunt: **Vos illius Diuinitatē contemptui, & deris** sui habuistis, & repuistis vno recepto latrone Blandrata, qui Barrabba est deterrior. Totam proscriptiōstis Christi personam, vt vobis magis Pauli conueniat illud quām Galatis. Ante oculos vestros Christus proscriptus est. Quid vobis accidere infoelicius poterat? Cur Sathanam in Blandrata excepistis? & Christū extra Ciuitatem vestram scilicet Ecclesiam, vt crucifigeretur eieciſtis? Profanos, & impios toti orbi vos reddidistis: vt nec ipsi Turcæ vos laudent. Mendaces constituistiſtis Prophetas, Patriarchas, Christum, Apostolos, Martyres, Confessores, Doctores quotquot ab orbe vbiq; extiterunt, & Ecclesiarum pastores, & populos omnes, & Imperatores, Reges, & Principes qui Christo nomen dederunt. Conciliorum etiam Nicaeni, Constantinopolitani, Chalcedonensis, & Ephesini (quæ vt quatuor recepta sunt Euangelia) dissin;

C

tionem & fidem (proh scelus) in vestris indoctissis
mis pestilentiae cathedris falsam iudicasti : cum illi
omnes Blandratæ, & Francisci Dauidis Patrem dia-
bolum & eorum Patres Noethum, Praxeam, Sabel-
lium, & Paulum Samosatensem post Ebionem exors-
tos statim refellerint, & tanquam flamمام extinxer-
int: Vos autem ex inferis venientes suscepistis. O igno-
miniam, ô impietatem eiusmodi supplicij prosequens
Deut. 13., dam, quæ aduersus Ciuitatem constituit in Deuteron,
Deus, quæ à falsis Prophetis corrupta esset. Et
quis sic mente capta capita vestræ compulit? Scelestissi-
mus Medicaster unus & Concionator indoctissi-
mus unus, per inanem Philosophiam & stultissimam
fallatiam. Hi vos ad Ebionem, ad Praxeam, ad Nico-
laitas, ad Sabellium, ad Paulum Samosatensem, hoc
est, ad Saïhanam traduxerunt. Habet iam Vuaiuos
da Zapolianus quem dilexit, & eius duxor Michaël
Chakij, qui disputantes dæmonum turbas introdu-
xit, & audiuit. Habete & vos, qui Blandratæ assentis-
mini cum Diabolo & angelis eius partem : quia Deo
Ioan. 8. um negastis, & Athei facti estis. Nam qui Filium non
honorificat, Deum non honorificat; et qui Filium non
1. Ioan. habet, nec Patrem habet. Colligitе vos iplos (miser-
rimi) et nulla iniecta mora reuocate factum, et decus
antiquum vestrum ; mentem reuocate, et sapientiam
quam perdidistis ; vitam reuocate in morte iacentes :

veritatem reuocate mendacissimis delusii blasphemis:
Dei Filium reuocate quem in exilium expulstis, et Sa-
thanam aduocastis: salutem reuocate, et Deum deniqp
ipsum à quo excidistis; alienos abiçite Deos. Blan-
dratam, et Franciscum Dauidis, et id genus Sathanæ
filios, et quomodo in Deutron: mandauit Deus, in Deut. 13
eos animaduertite, ipsos educite ac lapidibus obruite:
alioqui breui vos Dei manum in corpora, et animas
vestras experiemini qui sic minatur: Si acuero ut ful-
gur gladium meum : si arripuerit iudicium manus Deut. 32
mea ; reddam vltionem inimicis meis, et his qui odes-
runt me retribuam. Ad vnius insanissimi capit is Blan-
dratæ suasionem tanta estis passi , quem ego refutare,
atqp contundere præsens non refugiam Verbi Diuis-
ni gladio et virtute, in hac mea senectute : si me Prin-
ceps vester Stephanus accire voluerit : et vos audire
non recusaueritis. Et quando sub Lazaro Schvuendi
Cassouiae cum vestræ sectæ homine à Lutheranis et
Caluinianis disputatio facta est, res aliter cessisset si
ego ad fuisse, perinde ac ad eundem Lazarum me
iurum (si vocarer) asserueram. Noluit autem Deus à
Lutheri, et Caluini discipulis suscipere seruitū: quia et
illi à recta desciuerunt religione. Absens iam satisface-
re in multis, et magnis occupationibus et meæ fortu-
næ fluctibus scribendo volui: prout Spiritus mihi di-
ctauerit Christi: qui vtinam cor auferat vobis lapi,

C ſ

deum, et det cor carneum, et illuminatos habere mens
Ephe. 3. tis oculos secundum diuitias gloriæ suæ, et corroborari vos in interiore homine, et ipsum habitare per fidem in cordibus vestris, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profunditas: scire etiam supereminētem scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.

Ante omnia verò aperiemus uobis quantum in Barathrum, et aquarum diluuium incideritis. Subinde uerò Ebionitas, Sabellianos, et Samosatenos, seu Suetianos, et Photinianos refellemus: et ueritatē uobis Christianam in Concilijs Oecumenicis expositam comprobabimus. Agendum est uobis cum primo, si- cut cum Arianis magnus ille Theodosius Imperator Constantinopolin accessitis in secunda oecumenica Synodo egit.

Creditis ne ante vos vnquam de Deo rectam, et veram fuisse in mundo fidem? Creditisne per hanc Eph. 4. fidem Christi Regnum fuisse in Gētibus erigendū, & eius corpus, hoc est, Ecclesiam edificandam? Creditisne hoc Christi Regnū per omnes Gentes statui opor- tuisse: ac illud in aperto, & manifesto Dei cultu, & perceptæ fidei professione? Creditis usq; ad Mundi exis- tium idem Regnū esse inuictum permansurum? Recipiatisne antiquæ, nouæq; legis libros? Fidemne ullam

Chaldeis, & Hæbreis, qui antè Christum extiterint,
habetis: qui vel Thargum (vt vocant) translationem
videlicet, ex Hæbraico in Chaldaicum sermonem
vel Thalmud, id est, expositionem, & traditionem re-
liquerunt? Quodsi Prophetas magis diligitis, aliquam
nē auuthoritatem priscis sapientibus tribuitis: qui vel
inter Ægyptios, vel inter Chaldæos, vel inter Græ-
cos fuerunt? Per horum sententias vos contun-
demus, hoc est, per sacros vtriusq; Instrumenti libros,
per Chaldæos & Iudæos, qui antè Christum scrip-
runt, per Sanctos omnes nostros Patres, Martyres,
& Doctores: per Imperatorum, & Regum leges: per
Conciliorum diffinitiones, & demum per Philoso-
phorū clarissimas voces, qui Chaldæos, & Hæbreos
audiuerunt: vt sic vobiscum solus sit assecla diabolus,
si non iterum ad veri Dei cultum, oues errantes, &
morbidae reuertemini pulsis seu potius combustis
Blandrata, Francisco Dauidis, & eorum sectatoribus:
sicut Seruetum Caluiniani combusserunt: obstruen-
da enim sunt talia dæmonum ora, vt Christus de-
monstravit, cum dæmonium eiecit dicens: obmutescce,
& exi ab homine: Sic & vos ad Blandratam dicite. Mar. 10.
Obmutescce, & exi de Transyluania: in arida & deser-
ta loca, vel te in porcos immitte, ac projece te in mare: Mat. 8.
vt apud Genesarenos est factum.

Aggrediamur iam quæ pro nostræ huius paræ-

C iij

neseos argumento , ac summa proposueramus. Pris-
mùm illud fuit : an credatis ante vos aliquando fuisse
de Deo fidem & religionem veram; an potius nun-
quam , sed à vobis inchoatam; hoc non existimo vos
affirmare, nisi Sathanam in Deum receperitis. Porrò
si antè vos aliquando veram fuisse fidem creditis : ex-
plicandum est vobis : quonam tempore fides ista rea-
cta floruerit: & penes quos , & in quibus fuerit. Nam
quamcunq; vos ætatem adduxeritis quæ Christum
recepere: & quoscunq; fidei Christianæ professores
nominaueritis, per eos confutabimini.

Probandum est ergò vobis, quod Christi fidem
à Mundi exordijs ceptam , usq; ad mundi finem per-
manere inuictam oportuerit , & quidem notam & a-
pertam. Et quia per hanc, Regnum Christi edificatur,
& à Sathanæ Synagoga discernitur , & separatur; eti-
am ipsum (quæ est eius Ecclesia) semper exitisse in
aperto ut Ciuitatem super montem positam efficitur.

Psal, 2. Quoniam eum Christo à Patre omnium gemitum hæ-
reditas promissa est; ostendemus vt ipsam Christi Ec-
clesiam , ita & fidem esse , quæ per omnes linguas , &
omnes terras inuenitur diffusa ; non quæ uno in sæ-
culo; aut una tantum in lingua , seu prouincia inuenta
est. Ex quib; fidei veritatē colligemus , vt ea sit neceſ-
sario habenda, quæ nunquam defecerit, nunquam uicta
fuerit ab inferorum , hoc est, hæresēon portis; nunquam

destiterit in aperto esse; si qua verò alia per vnum ali⁹
quod tempus, & vna tantum in Prouincia post Apostolorum prædicationem in aliquibus extiterit, & defecerit, refutata & repulsa: eam efficiemus falsam, & à pestilentiae Cathedra profectam esse. Atq; hinc ad Blandratæ & Francisci Dauidis, & talium sceleratorum Sathanismum refellendum descendemus: & apes riemus vobis necessario, non tantum hæreticos, et impios eos esse: verumetia Atheos & Antichristos illos, aduersus quos Ioannes Euangelista scripsit.

Fuit olim B. Augustini tempore Donatistarum maledictum; quod Ecclesia Dei vniuersalis non esset, nisi eo modo quo aliquando vna in Prouincia esset, et alibi deficeret, interdum in alia: & sicut Luna, modò se occultaret, modò appareret, sic suo tempore in Africa sola veram fidem, Christiç Ecclesiam apud esse asseruerunt. Contra eos scripsit multos libros Augustinus: & in pleno Cōcilio facta collatione, sunt refutati, & explosi: ac postea Imperatorum Romanorū lege puniri. Quamobrem si Augustinilegissetis libros, non esset hoc loco multum elaborandum, vt quæ hic proposuimus probaremus. Adiungemus igitur de Christi fide, atq; Ecclesia vtriusq; Testamenti testimonia, quod vniuersalis & per omnes generationes prædicanda, & inuenienda fuerit: atq; ita ea sit vera Christi & fides, et Ecclesia, quæ huiusmodi sit: con-

traria verò falsa et impia : et post Christum intelligo,
et eius Euangelij Præcones. Ante ipsum enim uniuersalis non fuit religio, sed gentis Israëliticæ particularis :
quia illum populum tantum Deus ex multis elegit, in
Psal: 15. quo habitaret; ut rectè cantauit Propheta Regius. No
136.
104.
tus in Iudæa Deus, et in Israël Nomen eius magnum.
Et rursum Benedictus Dñs Deus qui habitat in Hierusalem. Item, semen Abraham serui eius, et filij Jacob
Deut. 32 electi eius. Et in Deuter. sic Moses. Pars enim Domini
Exo. 19. ni populus eius, Jacob funiculus hæreditatis eius. Et
ad eos hoc modo locutus est Deus. Eritis mihi Regnū
Leui. 26 Sacerdotale, et gēs sancta. Et in Leuitico. Ambulabo
inter vos, et ero De⁹ vester, vosq; eritis populus me⁹
Deut. 7. us, ego Dñs Deus vester. Et ad eosdē Moses. Te ele-
git Dominus De⁹ tuus: ut sis ei populus peculiaris de-
cunctis populis qui sunt super terrā: non quia cunctas
gentes numero uincebatis, iunctus est uobis Domi-
nus, et elegit uos, cum omnibus populis pauciores si-
tis: sed quia dilexit uos Dominus, et custodiuit iura-
mentum quod iurauit patribus uestris. Et Christus
principaliter ad eos missus fuit: quando autem se indig-
nos illi reddiderunt, eo non cognito, sed denegato,
ad gentes promissio est translata illis repudiatis: et
tunc facta est Catholica uera Dei religio, et gentium
admissa est plenitudo: et sunt in semine Abrahæ bes-
nedictæ omnes gentes. Hoc significauit per parabos
lam

Iam Christus quam de Patre , seu Rege locutus qui
Cœnam, seu Nuptias filio suo fecit, & amicos inuita^s Mat. 22.
uit suos: qui vocati venire noluerunt: & tum seruos
suos ad uias, et sepes, Pater familiâs misit qui omnes ad
Cœnam introducerent, & intrare compellerent. Iu-
daicus namque populus ad Filij Dei Regnum vocatus
fuerat: sed venire abnuit, & se indignum constituit:
atque ita Christus Apostolos, & successores, ad Gen-
tes omnes ad prædicandum Euangeliū misit, qui ad
eius Regnum vocarent. Hoc etiam per aliam Parabo-
lam significatum fuit, in qua operarij ponuntur, qui
Seruos, & Filium Domini Vineæ interfecerunt: de Luc. 20.
quibus ait Dominus: Malos male perdet, & Vineam
suam locabit alijs agricolis. Et per aliam de Rege, qui Luc. 19.
vt Regnum acquireret prosector dicitur: & Gentes
super quas regnare debuit ad eum mississe inducuntur:
quod habere illum pro Rege nollent, ad quos exerci-
tum ille direxisse, & Gentes illas perdidisse fertur. Ait
autem priusquam à Iudæis repudiaretur. Non sum
missus nisi ad eas oves, quæ perierunt domus Israël. Mat. 15.
Et ad discipulos quos ad prædicandum mittebat: In Mat. 10.
vias (inquit) Gentium non ambulaueritis: sed ite
potius ad oves quæ perierunt domus Israël. Postea,
quam verò à Iudæis ejectus, & crucifixus fuit, & res-
surrexit, sic inquit: Ite, docete omnes Gentes, prædi-
cate Euangelium omni creaturæ. Et in Actis apud

D

Acto: 13. Lucam sic loquitur ad Iudæos Apostolus: Vobis oportuit primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud: & indignos vos iudicatis æterna vita: ecce conuertimur ad Gentes: sic enim præcepit nobis Dominus. Posui te in lucem Gentium, ut sis in salutem usq; ad extremum terræ. Et sic semper primò in Synagogis Iudeorum prædicauit Paulus tum Gentibus.

Esaï. 49. Et in Epistola ad Romanos præstare scripsit Hæbreos alijs Nationibus multis modis. Nā salus ex Iudæis est. Et de Euangilio ait: quod est in salutem omnincerenti, Iudæo primum, & græco. Et cum prædicabat: semper Christum aiebat primo Iudæis promissum, & cum illis Gentes fuisse conuinctas, quæ in Iudæorum locum assumptæ fuissent de oleastro in Olivam insertæ, eorum (ait) amissio, reconciliatio est Mundi. Quòd si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster es, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis Oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos. Dicis ergò. Fracti sunt rami ut ego inserar. Bene, propter incredulitatem fracti sunt: tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.

Ose. 1. Et in eadem Epistola ex Osea. Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Et de Gentium vocatione Psalmum adducit: Annunciabo Nomen tuum

in Gentibus, & laudate Gentes Dominum. An Iudæi
orum tantum Deus, & non Gentium? Item Gentes ^{Rom. 19}
quæ non sequebatur iustitiam, appræhenderunt iusti-
tiam. Item Gentes autem subintroierunt. Item reuelas-
tum est S. Apostolis Gentes esse participes. Et quod Ephe. 3.
debuerit omnibus in Gentibus Christi fides esse, &
per fidem ipsius Regnum per omnes terras congrega-
ri, Dominus ad Abraham, & Isaac, & Jacob locutus
est, & per Prophætas testatus est. Ad Abraham sic ins-
quit: Benedicentur in semine tuo omnes Gentes, & Gen. 22.
Patrem Gentium dedi te. Dauidis porrò Psalmi sunt
his vaticinij reserti, ex quibus pauca referam. Quod
Christo Gentium omnium hæreditas fuerit à Patre
promissa, sic Dauid per verba Patris ad Filium insis-
nuauit. Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditas Psal. 2.
tem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Et sic
in plurimis alijs locis vaticinatus est, prout in sequens-
tibus. Iubilate Deo omnis terra, Psalmus dicite nos Psal. 65.
mini eius. Omnis terra adoret te, & psallat tibi. Benes-
dicte Gentes Deum nostrum, et auditam facite vocem
laudis eius. Cantate Domino canticum nouum, can: Psal. 45.
tate Domino omnis terra. Annunciate inter Gentes
gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius. Af-
ferte Domino patriæ Gentium; afferte Domino glo-
riam, et honorem; afferte Domino gloriam nomini
eius: commoueatur à facie eius vniuersa terra. Dicite

D g

in Gentibus quia Dominus regnauit. Confitebor tibi
Psal. 14. in Ecclesia magna, in populo graui laudabo te. Ipse
Psal. 104. Dominus Deus noster, in vniuersa terra iudicia eius.
97. Notum fecit Dominus salutare suum. In conspectu
Gentium reuelauit iustitiam suam. Viderunt omnes
18. termini terræ salutare Dei nostri. In omnem terrā exis-
uit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum.
Quod in Epistola ad Romanos adduxit Paulus. Iste
sonus Apostolorum est qui fidem per totum orbem
Psal. 6. prædicarunt. Sperate in eo omnis congregatio popu-
li. Effundite coram eo corda vestra. Dominus regna-
uit, irascantur populi, qui sedes super Cherubim, mos-
98. ueatur terra. Dominus in Syon magnus et excelsus
Psal. 7. super omnes populos. Exurge Domine in præcepto
quod mandasti, et Synagoga populorum circunda-
bit te. Dominus reuelabit condensa, et in templo eius
18. omnes dicent gloriam. Et dominabitur à mari usq; à
ad mare: & à flumine usq; ad terminos orbis terrarū.
71. Coram illo procident Æthiopes, et inimici eius terrā
lingent. Reges Tharsis et insulæ munera offerent. Re-
ges Arabum, et Sabba dona adducent. Et adora-
bunt eum omnes Reges terræ: omnes Gentes seruient
ei. Sit nomen eius benedictum in sæcula. Ante solem
permanet nomen eius: vel (vt in Hæbraico legitur)
filiationis nomen eius ante solem. Et benedicentur in
ipso omnes tribus terræ: omnes Gentes magnificabūt

eum. Et benedictum nomen Maiestatis eius, & replebitur Maiestate eius omnis terra fiat fiat. Dominus ^{Psal. 95.} regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ, Annuntiabunt cœli, id est Apostoli, iustitiam eius: omnes populi gloriam eius videbunt. Quoniam tu Dominus Altissimus super omnem teram. Sagittæ tuæ acutæ ^{44.} populi sub te cadent. Constitues eos Principes suis ^{Psal. 81.} per omnem terram. Surge Deus iudica terram; quoniam tu hæreditabis in omnibus Gentibus. Annuntia ^{39.} uui iustitiam tuam in Ecclesia magna. Regna terræ ^{77.} cantate Deo, psallite Domino qui ascendit super cœlum cœli ad orientem. Iubilate Deo omnis terra, can ^{99.} tate, exultate, & psallite. Dominus parauit in cœlo se ^{100.} dem suam, et Regnum ipsius omnibus dominabitur. Domine Dominus noster, quam admirabile est nos ^{8.} men tuum in vniuersa terra. Exaltare super cœlos De ^{Psal. 107.} us, & super omnem terram gloria tua. Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea. Ego confirmavi columnas eius. Et cognoscant quia nomen tibi Domini ^{Psal. 74.} nus. Tu es solus Altissimus in omni terra. Vacate, & ^{28.} videte, quoniam ego sum Deus, exaltabor in Gentibus, & exaltabor in terra. Omnes Gentes plaudite ^{45.} manibus, iubilate Domino in voce exultationis. Quoniam ^{46.} Dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram. Subiecit populos nobis, & Gentes sub pedibus nostris: quoniam Rex omnis terræ Deus.

D ij

Pſallite ſapienter. Regnauit Deus ſuper Gentes. Doſ
minus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam: principes poſ
pulorum congregati ſunt cum Deo Abraham. Mag
nus Dominus & laudabilis nimis in Ciuitate Dei noſ
ſtri, in monte ſancto eius. Fundatur exultatione vni
uersæ terræ Mons Syon: Latera Aquilonis: Ciuitas
Regis magni. Deus in medio eius cognoscetur cum
ſuſcepere it eam, quoniam ecce Reges terræ congrega
Pſal. 21. ti ſunt, conuenerunt in vnum, &c. Secundum nomen
tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ, & adora
bunt in conſpectu eius vniuersæ familie Gentium.
Quoniam Domini eſt Regnum, & ipſe dominabit
Gentium. Manducauerunt, & adorauerunt
omnes pingues terræ, in conſpectu eius cadent om
nes qui deſcendunt in terram. Donec annunciem
brachium tuum generationi omni, quæ ventura eſt.
50. Conſitebor tibi in populis Deus, & pſallam tibi in
137. Gentibus. Conſiteantur tibi omnes Reges terræ,
85. quia audierunt omnia verba oris tui. Omnes Gentes
quascunque fecisti venient, & adorabunt corām te
116. Domine, & glorificabunt nomen tuum. Laudate
Dominum omnes Gentes, collaudate eum omnes
populi. Et timebunt Gentes nomen tuum, & om
nes Reges terræ gloriam tuā. In cōueniendo populos
Eſai, 51. in vnum, & Reges ut seruant Domino. Eſaias
etiam. Parauit (inquit) Dominus ſalutare ſuum in

oculis omnium Gentium , & videbunt omnes fines
terræ salutare Dei nostri. Et ad filium. Ambulabunt ^{co-}
Gentes in lumine tuo , & omnes Reges in splendore
tuo. Et per eundem sic Dominus. Ego autem opera ^{ee}
eorum , & cogitationes eorum veni ut congregem
cum omnibus Gentibus , & linguis : & venient, &
videbunt gloriam meam , & ponam in eis signum, &
mittam ex eis qui saluati fuerint ad Gentes , in Mare,
in Africam , et Lydiam; tenentes sagittam in Italiam,
et Græciam : ad Insulas longe : et eos qui non audie-
runt de me, et non viderunt gloriam meam. Per Hies-
remiam quoq;. Viuit Dominus qui eduxit filios Israël Hier.^{eo.}
de terra Aquilonis , et de vniuersis terris ad quas
eieci eos. Ecce ego Piscatores multos mittam (dis-
cit Dominus) et piscabuntur vos. Et posthac mittam
eis multos Venatores , et venabuntur eos de omni
monte, et de omni colle, et de cauernis petrarum, quia
oculi mei sunt super omnes vias eorum. Et Baruch, Baru. 3.
O Israël quam magna est domus Dei , et quam ingēs
locus possessionis eius : Magnus est , et non habet fis-
nem: Excelsus et immensus. Habacuc autem. Operuit ^{Haba. 3.}
cœlos gloria eius, et laudis eius plena est terra. Dani. Dani. 2.
el etiā hoc vaticinatus est per lapidē sine manibus ab-
scissum, qui repleuit vniuersam terram. Et apud Ioele. Ioe. 3.
Ecce in diebus illis, et in tempore illo, cum conuertero.

captiuitatem Iuda, & Hierusalem: congregabo omnes
Mich. 2. Gentes, & deducam eas in vallem. Et per Micheam,
Nos ambulabimus in nomine Domini nostri in æter-
num: & ultra, In die illa (dicit Dominus) congrega-
bo claudicantem, & eum quem eieceram colligam, &
quem affixeram; & ponam claudicantem in reliquias,
& eum qui laborauerat in Gentem robustā, & Rego-
nabit Dominus super eos in monte Syon usq; in æ-
ternum. Et ibidem supra. Erit in nouissimo dierum
mons domus Domini præparatus in vertice mon-
tium, & sublimis super colles, & fluent ad eum populi,
et properabunt Gentes multe, et dicent: Venite ascen-
damus in montem Dei, et ad domum Dei Jacob: et
docebit nos vias suas, et ibimus in semitis eius, quia de
Syon egredietur Lex, & Verbum Domini de Hieru-
salem, et iudicabit inter populos multos, et corripiet
Gentes fortes usq; in longinquum. Et in primo capi-
te. Audite populi omnes, et attendat terra, et plenitudo
eius: et sit Dominus Deus vobis in testem, Dominus
de templo Sancto suo, quia ecce Dominus egredietur
de loco suo, et descendet, et calcabit super excelsa ter-
ræ, et consumentur montes subitus eum etc. Et infe-
rius posteaquam duplicem Messiæ posuit egressum,
vnum ab æterno secundum Diuinitatem, et alterum
ex Bethelem secundum carnem, sic subiunxit. Et sta-
bit, et pascet in fortitudine Domini Dei sui in sublimis
tat

tate montis, & conuertentur, quia tunc magnificabitur usque ad terminos terrae. Et per Malachiā : Magnum est nomen meum in gentibus ab ortu solis, usque ad occasum. Et per Zachariam : Et applicabuntur ad Dominum gentes multæ in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio eorum. Longius progrederetur sermo, si omnia vellemus colligere Vaticinia, quod Christi fides & religio, & Regnum, seu Ecclesia, debebat per omnes gentes diffundi, ac sic vniuersalis esse. Et Angeli Domini ad Pastores : Luce 2. Annuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo. Christus etiam Euangelium suum in vniuerso Mundo prædicandum affirmauit, sicut etiam Apostolis præcepit : Prædicate (inquit) Euangeliū omni creaturæ : docete omnes Gentes. Et subiunxit Marcus : Ipsi autem profecti prædicauerunt ubique Dō^mino cooperante. Dominus etiam à quatuor Ventis congregandos Electos suos ab Angelis affirmauit : Mar. 13. per quod suam Ecclesiam & fidem Catholicam fore significauit. Et Paulus ad Romanos scribens : Nunquid (ait) non audierunt. Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Et ubique prædicat vniuersalem fidem, & Ecclesiæ vniuersitatem : vt in Epist: ad Collossenses ubi ait : Euangelium peruenit ad vos, sicut & in vniuerso Mundo est, & fructificat. Apertissime Vobis hæc

E

demonstrant, quod sicut Christi Regnū Ecclesia des
buit Καθόλου: id est in Vniuersum esse, ita & fides vera.
Quod etiam perennis eius prædicatio esse debuerit in
aperto nunquam deficiens, & aduersus Inferorū por-
tas invicta, passim Dauid, & cæteri Prophetæ, aperi-
tissimè testati sunt. Ad Filium sic Dauid loquitur:

Psal. 144 Regnum tuum, regnum omnium sæculorum, & do-
minatio tua de generatione in generationem. Et in

145. alio Psalmo, de eodem Filio: Regnabit Dominus in

Syon, Deus tuus in generatione & generationem.

Et iterum: Sedes tua Deus in sæculum sæculi, virga
directionis, virga Regni tui: quod etiam ad filiū di-

44. Etum esse testatur ad Hæbreos Paulus. Item, Sedes
bit Deus Rex in æternum. Et Pater ad Filiū: In æter-
num ædificabo Sedem tuam de generatione in gene-

88. rationem. Et ponam in sæculum sæculi semen eius, et
Thronum eius sicut dies Cœli. Semel iuraui Dauid

seruo meo, semen eius in æternum manebit, & Thro-
nus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna per-

40. fecta in æternum. Et alibi: Quoniam hic est Deus
noster in æternum: ipse reget nos in sæcula. Esaias

Ezai, 49. autem: Multiplicabitur eius imperium, & pacis non
erit finis. Super solium Dauid, & super Regnum eius
sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio,
& in iustitia, a modo, et usq; in sempiternum. Et as-

Dan. 2. pud Danielem: In diebus illis suscitabit Deus coeli,

Regnum quod in æternum stabit : & regnum eius alteri populo non tradetur : comminuet autem & consistet vniuersa regna, & ipsum stabit in æternum.

Et de hoc Christi Regno iterum apud eundem : Suo Dani: 7.
scipient autem Regnum Dei Altissimi, & obtinebunt regnum usq; in seculum, & in seculum seculorum. Et ibidem in fine : Cuius regnum, regnum sempiternum est, & omnes Reges seruient et obedient ei. Et rursum Dauid : Dominus regnabit in æternum, & in sæculum sæculi : peribitis gentes de terra illius. Item 65.
qui dominatur in æternum. Et apud Michælam : Et Mich: 2
regnabit Dominus super eos usq; in æternum. An gelus etiam ad Mariam de Christo : Hic (inquit) eo Luce 1.
rit magnus, & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid Patris eius, et regnabit in domo Iacob in æternū, et Regni eius non erit finis. Christus etiam Dominus, Ecclesiæ suæ perennitatem insinuauit dicens : Non præteribit generatio ista doce Matt. 24
nec omnia fiant. Paulus etiam ubiq; prædicat, oportere eum regnare, donec omnia sibi subiçiat, quod erit usq; ad Mundi consummationem, 1 Cor: 15

Hæc de Christi Regni perpetuitate. Audite et de eius fide ac testamento, in quo Regnū ipsum est congregatum. Tu autem Domine (inquit Dauid) in Psal. 101
æternum permanes, et memoriale tuum de generatione in generationem. Et iterum : Domine nomen 104.

E g

tuum in æternum, Domine memoriale tuum in genes
ratione et generationem : et ad Filium de ipsius Lege
& fide, ac testamento locutus est. Et alio in loco : Si
88. autē dereliquerint Filij eius Legem meam, & in iudi-
cij meis non ambulauerint : si iustitias meas profana-
uerint, & mandata mea non custodierint, visitabo in
virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eo-
rum, misericordiam autem meam non dispergam ab
eo : neq; nocebo in veritate mea, neq; profanabo testa-
mentum meum : & quæ procedunt de ore meo non
faciam irrita. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius
iniquitatis non apponet nocere ei. Animaduertitis
quomodo inuictam Christi veritatem & perpetuam,
Spiritus Sanctus prædixit : contra quam inimicus, id
est Sathanā, cum suis portis, & prauis opinionibus
non esset præualitus. Rursum, Laudate Dominū
29. quoniam suavis est Dominus, & in æternum miseri-
cordia eius, & usq; in generationem & generationem
116. veritas eius. Item : Confirmata est super nos mis-
ericordia eius, & veritas Domini manet in æternum.
118. Item, in generatione & generationē veritas tua, fun-
dasti terram & permanet. Item : Propterea populi
44. confitebuntur tibi in æternum, & in seculum seculi.
Confessio ista de fide est & doctrina Christi, que per-
rennis per omnes ætates dicitur; & in toto illo Psalmo
ad Christum, & ad Ecclesiam verba facit Propheta.

Per Baruch quoque Deus : Statuam (inquit) illis Testam
Baruch,
mentum alterum sempiternum, ut sim illis in Deum
& ipsi mihi in populum, & non mouebo amplius po-
pulum meum filios Israël à terra quam dedi illis. Et
per Ezechiem : Percutiam illis fœdus pacis, pactū Eze. 27.
sempiternum erit eis, & firmabo eos, et multiplicabo,
et dabo sanctificationem meam in medium eorum in
perpetuum : & erit tabernaculum meum in eis, & ero
eis Deus, & ipsi erunt mihi in populum. Fœdus &
Testamentum hoc, et sanctificatio ista nouæ legis, fi-
des est quæ sanctificat; et tabernaculum istud Ecclesia
est, in qua ipse habitat in perpetuum : ac sic nec des-
ficit, nec vincitur, quia Deus in medio eius non com- Psal:45.
mouebitur. Et apud Oseam : Percutiam fœdus in Osee. 2.
illa die, et sponsabo te mihi in sempiternum, et spons-
sabo te mihi in iustitia et iudicio, et in misericordia, et
in miserationibus, et sponsabo te mihi in fide, et scie-
tur quia ego Dominus. Ad totam Ecclesiam usque
ad consummationē sæculi futuram, locutus est Domini-
nus, quam ipse in fide sponsauit in perpetuum, atque ita
eius fides usque ad mundi finem permansura est. Et
Christus de sua doctrina sic est contestatus : Cœlum Matt. 24
et terra transibunt, mea autem verba non transibunt.
Et de Petri confessione, quæ fides est eius, sic ait : Su-
per hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ
inferi non præualebunt aduersus eam. Petra enim, et

Petrus est dictus à Petra Christo, & ipsius confessio
16. seu fides (vt S. Doctores exposuerunt). Et apud Lu^s
Luc^e 22 cam de eadem Petri fide: Rogauit pro te Patrem, vt
non deficiat fides tua. Si portæ inferi, hoc est hæres
ses, & impietates, et doli, ac machinationes diabolicæ
non prævalent contra petram istam, hoc est vel Ecclesⁱ
siam, vel fidem Christi: si etiam Petri fides deficere
non potest; certè invicta, & superior semper in aperto
to manet: et idcirco Ecclesia fundamentum et colum^s
1. Tim. 3 na veritatis à Paulo appellatur, quia in fide sua errare
et superari nequeat; et quidem (vt dixi) in aperto,
& perenniter manere Fides & Ecclesia debent; nam
Matt. 5. Christus Ciuitatem in monte positam vocat, & Lu^s
cernam in candelabro positam, quæ luceat omnibus
qui in domo, id est Ecclesia sunt, que est domus Dei:
& eius fidei præcones et præsides vocavit lucem mun^s
10. di, quibus præcepit prædicare super tecta, & per to^s
Marci vltimo. tum Mundum quæ audiuerint. Et quomodo po^s
test nō in aperto dici esse Christi fides, si ipse ait: Qui
Matt. 10 non confitebitur me coram hominibus, non confites^b
bor ego eum coram Patre meo. Et Paulus clamat:
Rom. 10 Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio
ad salutem. Idē Christus voluit pro ipsius et Euani^s
geli^j confessione omnia relinquⁱ, imò & vitam pro^s
fundⁱ. Hæc autem in occulto fieri non possunt, ac sic
nec Ecclesia, vel eius fides in occulto esse debet, aut

potest. Et cum Ecclesiam adiri inter nos & fratrem iudicaturam mandauit, ostendit apertam et notam esse : quam etiam congregationem Aquilarum vocauit apud Matth: quæ occulta esse non potest. Cum etiā Matt. 24 Paulus à Pastoribus, et Doctoribus, et Prophætis Ecclesiam ædificari scripserit, certè ista ædificatio per fidei prædicationem manifesta est. Et quomodo fieri salui possemus, si vera fides ignoraretur, et Christi Ecclesia non esset aperta ? Nam sine fide impossibile est placere Deo. Et hæc per auditum, auditus autem per verbum prædicantis. Ac sic et præparator, et vers bum in aperto sunt. Christus etiam inquit se Vitem esse, et nos palmites, et si manserimus in vite, viuem⁹ : et Ecclesia Vitem istam habet, quæ et Christi corpus vocatur. Vnde in Ecclesia nos esse oportet, si viuere volumus, quæ idcirco nota esse debet, vt vbi vitam habeamus , non simus incerti. Et quis tam stultus contrarium asserat, si fides prædicata est, et Ecclesia in gentibus per totum mundum ædificata est ? Hæc namq; in occulto non fiunt. Semper autem prædicata est, et ubiq; fides, et congregata Ecclesia : ac sic semper in aperiò fuit : et in ea qui fidem rectam præ dicarunt nunquam defecerunt : quia ex prædicante fides est. Quomodo enim audient (inquit) sine præ dicante ? Et quomodo prædicabunt si non mittantur ? Et hoc deniq; Prophæta prænunciauit dicens : Genes

Psalmo ratio, & generatio laudabit opera tua, & potentiam
tuā pronunciabunt. 114. Et de Pastoribus qui fidem es-
sent tradituri iugiter per omnes ætates : Pro patribus
tuis nati sunt tibi filij : Constitues eos Principes super
omnem terram, memores erunt nominis tui Domine
de generatione in generationem : propterea populi
confitebuntur tibi in æternum & in sæculum sæculi.

Ex his colligere apertissimè possitis, quod ea est
Christi vera fides, quæ in omnes terras diffusa est, si-
cut etiam Christi Ecclesia, non quæ in vna taniū pro-
uincia fuisse, vel esse inuenitur : quæ etiam postquam
per omnes gentes prædicata est nunquā defecit, nun-
quam victa & superata est ab hæreticis, sed oēs ipsa
subiecit, & tanquam inutilia sarmenta excidit, & à se
repulit, ipsa in suo Trunco integra remanens. Contrà
verò videtur ex supradictis probari quod doctrina
quæ aliquando per aliquos importata est, & postea
reiecta, explosaq; cessauit per oēs Christi Ecclesiæ,
ea falsorum est Prophetarum. Duas igitur veræ
fidei notas, quibus dinoscitur, & à falsa religione di-
scriminatur, rectè Patres nostri antiquitatem & vni-
uersitatem docuerunt : quod scilicet ea sit vera & san-
cta, quæ post Apostolorū prædicationem, non vna
tantum in lingua, vel vna in prouincia, vel in aliqui-
bus : neq; aliquo tantum tempore extiterit : sed quæ
per omnes terras, & in omnibus populis semper præ-
dicata,

dicata, & custodita, & defensa contra omnes hæreticos fuerit. Vnde ad nos fides venit? Certè à Patribus, qui usq[ue] ad Apostolos suas monstrare possunt origines, hi enim ordinationem ab illis habuerunt, & fidei traducē sine interpellatione, qua ratione, semper Sancti viri hæreticos refellebant, vt: Origenes, Cyprianus, Tertullianus, Ireneus, Basilius, Chrysostomus, Naziazen⁹, Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Cyrillus: & cæteri, tam Latini, quam Græci, et Africani, Proinde si vera fides ante vos fuit, et semper fuit, & inuita, et aperta fuit: non autem à Vobis coepit: cogimini demonstrare quis vobis scum aliquando senserit post Apostolos de Deo, & Sanctissima, Individuaq[ue] Trinitate, et de Christi persona. Nos enim Apostolos ipsos, tum eorum successores, Martyres, Pastores, Doctoresq[ue] uniuersos per totum orbem, & per omnia tempora ostendere possumus: qui, vt nos de unitate Trinitatis senserunt, & libros reliquerunt. Qui vero isti sunt, quorum furores sequimini? Ebionitæ, contra quos Beatus Ioannes Euangelium scripsit: & cum illis, perfidi sunt Iudæi, qui post Christum existenterunt. Antiquiores enim nobiscum de Deitate, & Trinitate conuenerunt, & de duabus in Christo fusto naturis: quamuis non erat adhuc Trinitatis my^o

F

sterium planè reuelatum : quia Messias debuit scientia
terram replere, qui propter hoc ait : Nemo nouit Pa-
Luc. 10. trem, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Deum
1. Iona. 1. nemo vidit vñquam. Vnigenitus Filius qui est in sinu
Patris ipse enarravit nobis. Demonstrabimus autem
vobis quod & Iudæi ante Christū vnitatem & Trini-
tatem in Deitate crediderunt, et docuerunt, Chaldaeos
quoq; & Cabalistas afferemus. Post Ebionitas Praxes
as, (in quē Tertullianus scripsit,) & Noeius quidā,
& ab eo Sabellius, et tum Paulus Samosatenus fuerūt,
qui tres in Deitate personas à Sathanā impulsī abne-
garunt, quorum aliqui Patrem carnem assumpsisse af-
firmarunt, ideoq; Patropassiani sunt appellati. Hi ve-
rò sunt statim reieoti & explosi Nicæno præsertim in
Concilio, et sic defecerūt: et purgata est Domini area:
nisi quod inter suos hāc Mahometus, sicut et alias im-
pietates renouauit. Non sunt autem in Christiana Re-
pub: vñsq; ad Seruetum nominati, qui nostro tempore
à Diabolo instigatus ex inferis hanc pestem retulit,
quem vester Blandrata, et Franciscus Dauidis secuti
sunt, cui ex vobis multi tanquam Sathanæ membra
conglutinati sunt. Sed ex hoc solo posset vobis liquere
falsam esse et diabolicam eorum doctrinam per duas
illas superius tractatas à nobis fidei rectæ notas: quod
in paucissimis tantum fuit, et paruo tempore Ecclesiæ

am molestauit, sed statim extincta est vel separata, et per totum orbem abiecta, cum Christi fides in omnes terras diffusa sit, et per omnia tempora perenniter et indeficierter custodita et defensa. Et demonstrauit ipse Christus cum ait: seductores & falsos Prophetas hic aut illic, in deserto, vel in penetralibus, non in vna congregatione aquilarum, id est Apostolorum, & Mat.24. successorum ac Doctorum, unoꝝ in corpore, id est Ecclesia vniuersali futuros. Colligamus ergo sic: ea est vera fides Christi, & religio, quæ ab Apostolis est prædicata. Et hæc: quæ non in vna tantum prouincia, sed per omnes terras est euulgata, neqꝫ vñquam viciata est: nunquam defecit: sed semper mansit in aperta & manifesta prædicatione ac professione. Sed de Trinitate ac de duabus in Christo naturis fides semper & per omnes orbis terras inter Christianos est prædicata & cōseruata perenniter in aperta & inuicta confessione. Sabellij verò, et Pauli Samosatensis, Serueni, et Blandratæ impietas in paucissimis vnius Prouinciæ ac modico tempore fuit, et illis confutatis cessauit. Conuincitur ergo de vnitate, ac Trinitate Deitatis, ac de duabus in Christo naturis fidem Apostolorum, et ideo veram esse. Blandratæ autem et sectatorum doctrinam, blasphemiam esse saithanæ. Sanè siquidem isti Trinitatis et Christi personæ hostes, ante se aliquā

da rectam fuisse de Deo fidem fateantur (vt supra di-
xi) nec à se cæptam fuisse afferant: prodere nobis et
tempus et Doctores rectè istius fidei debet, et nos per
illorum sententiam istos refutabimus: modo eos ad-
ducant cum quibus Ecclesia Vniuersalis consenserit:
quosq; approbauerit: nō fontes illos cœnosos Ebios-
nem, Cherintum, Praxeam, Sabellium, Noethum,
Paulum Samosatenum, Arium, Eunomium, Photis-
num, Eutichen, & Nestorium, quos omnes Christia-
ni coetus relegarunt, & Sathanæ tradiderunt. Sic
Theodosio Imperatore confusi sunt Ariani. Vos aus-
tem tam estis ab vno Blandrata & Francisco Da-
uidis dementati, vt Deum abnegaueritis infoelicissi-
mi, & à Christo & eius Patre, & ab Apostolis, & eos
rum successoribus, & omnibus per orbem Ecclesijs
vos separaueritis. Hoc loco tamen dicamus. Ante vos
rectæ fidei prædicatores extiterunt, & his credendum
est, quia veritatem prædicantibus fides est habenda,
cum per Spiritum Sanctum loquantur, & Christus
eos audiri mandauerit quos mitteret. Hi verò fuerunt
Lu. 10.
Ioan. 13. qui rectam eius fidem prædicarunt: quorum idcirco
sermonem nos audire oportet. Quamobrem nomi-
nandi sunt vobis qui de Trinitate deç Christo rectè
senserunt & prædicarunt: cum in aperto semper Chri-
sti fides extiterit: & qui eam non sunt palam confessi,
nec

nec usq; ad mortem tenuerunt, veri non fuerunt Christiani. Quoscumq; vos nominaueritis rectæ fidei Doctores ab Ecclesia Vniuersali receptos, quæ sola Christi Regnū facit, cui omniū Gentium hæreditas fuit promissa (vt supra tractauimus) per eorum vos sententias confutabimus, quia recta & vera prædicantibus credendum est Diuino ex præcepto. Quo iam confusgietis cum vestris Blandrata, & Francisco Dauidis Scripturasne Sacras appellabitis traditionibus & Sanctorum interpretationibus reiectis? vt Lutheriani, & Caluiniani, à quib⁹ vos primo seducti estis, & nūc ab eis degenerastis in peius ad Sathanam? Sed ô vos, an nescitis quod ait Petrus: scripturas ab hæreticis in sus*i. Pet vlt* am perniciem depravari? Scripturas semper citarunt hæretici sicut Catholici. Vnde quod vtricq; parti deseruit: vos per id controuersiam dirimere nunquam potestis; quia hæretici eas sic intelligunt: vt peruertant sicut vestrates Blandrata, & Franciscus Dauidis post Seruetum, & calumnia, malaq; intelligentia crimen facit. Nonnè sub Concilio Nicæno Sabelliani Scripturas citarunt? Nonnè & Ariani, Eunomiani, & Macedoniani, Nestoriani, & Photiniani? Et quomodo sunt reiectis? Certè illi trecenti, & decem & octo Patres, traditione sunt vsi: sicut in tribus alijs Sacris Cōcilij: quam per manus Prædecessorum suorum ab

atis alios Patres vestros quàm Ebionem, Cherintum,
Praxeam, Sabellium, Samosatenum, Seruetum, et Ari
um, et Macedonium, qui non fuerunt in ista successio
ne, ac ordinatione Apostolica, sed extranei, reiecti, et
explosi, et vel relegati vel imperfecti cessauerunt: meo
rito dicimus quòd cum illis in errore Sathanico vers
samini, à quo resipiscite si perire non vultis. Semper
Apostolorum successores per totum Mundum Pasto
res, Martyres, Doctores, & Presbyteri, Deum vnum
in Trinitate docuerunt: & Christum Dei Filium, Deo
Patri æqualem, et coæternum, et consubstantialem ses
cundum Diuinam naturam: et hominem secundum
humanam Patre minorem, in tempore natum et pas
sum: et aliter nunqz inter Christianos creditū est. Hæc
ergò fides recta et sancta, et vobis fuit retinēda, nō ad
vnius scelesti hominis ineptissimas argutias immutā
da. Atqz, vt vos à mortali excitem (si permiserit Des
us) Letargo, hanc ad vos Parenescin acerbiorē qui
dem quam velletis, sed peccato vestro infinitis modis
minorem scripsi. Ad Illustrissi: quoqz Principem ve
strum Stephanum Bathori de sua vestram in salutem
prouidentia paulò fusiorem lucubrationē dedi. Paucis
verò interiectis Mensibus librum meum Typis excua
sum (spero) ad vos mittam: de quo supra mentionem
feci; sed Admonitorem hūc premisi. Quòdsi Principi

Vestro, et vobis placitum fuerit, veniam ego, et ves-
trum Bolondratam, et Franciscum Dauidis, et eorum
discipulos gladio Diuini verbi sternā, modo vos tan-
tam à vobis pestem, tantumq; infernalem fœtorem
ab̄iūciatis, et bestias interficiatis, quæ animas deuorant
vestras. Expectabo et à Principe Illustriss. vestro, et à
vobis quid statueritis ad me rescribi, et ad Collegium
Venerabile Strigonien: responsum mitti. Deus vestre
mentis oculos illuminet Sathanq; tenebris obcæcatos,
ut lucem, quæ vera est Lux: Iesum Christum Domi-
num et Deum nostrū Dei Filium ὁμοδόκον cernere pos-
sitis, et cum agnoueritis Deum et hominem cum
vestris Patribus à quibus desciuistis adores-
tis, cui sit laus et gloria in secula se-
culorum, Amen.

E R R A T A.

- Pag. 10. Vers. 15. errigere pro erigere.
Pag. 20. Vers. 12. Ihesu pro Iesu.
Pag. 12. Vers. 10 orthodoxeꝝ pro orthodoxꝝ.
Pag. 14. Vers. 8. Ihesum pro Iesum.
Ibidem. Vers. 11. repuistis pro respuistis.
Pag. 20. Vers. 15. Affrica pro Aphrica.
Pag. 23. Vers. 11. cerdenti pro credenti.